

61)

Septo 1530.

Bilibaldo Pirckeymero

S. D. Nos hactenus sub Medicis ac Chirurgis misere sumus
 excarnificati, necdum satis firmis, et tamen fugam ador-
 namus, nec portum ullum video tutam ac tranquillam. Edita est in
Epistolis
Pirckeymeri.
 Ab Italia deterret iter et prolixum et periculosum, in
 Gallis videtur quies a Beddis, vereor ne et illo se profe-
 rat bellorum incendium, imò vix audeo sperare a bello
 quietam fore Brabantiam. Jam a bellum audeo cum
 Phrysijs. suspicor autem hoc esse in capitulis foederis, ut
 Gally sibi vicinam Helvetiam invadat, si nolint ab haeresi
 resignare. Jam enim illos admonuit Rex, precibusq; minas
 regaliter addidit. Cesar videtur omnia facturum ex profecto
 Pontificis, quia religiosa optima Principis obedientia magno
 malo e Florentinis. Vereor ne et Germaniae Res agitur
 per Johannem Fabrum et Eccium. Hest Epus Hispanensis,
 homo severus, ut ajunt, qui mihi tamen in monachorum
 Hispaniensium tumultu bonam navavit operam. Hest
 alter Hispanus genere, professione Theologus Sorbonicus,
 frater ejus dominicani, qui apud Hispanos vexillifer
 fuit adversum me. Hest Franciscanus Cesari a con-
 cionibus male mihi volens. Eccius, quod non specta-
 ram inter haereticos ponit aliquot meas scripturas,
 nisi quod pro Erasmo ponit quidam Te perstringit.
 et nominatim veteris odij memor; Multorum liti-
 ris invitatus sum Augustam, seraris tamen nomine,
 nondum; decreveram huc nundinis petere Brabantiam,
 sed Faber et Episcopus Constantiensis suadent, ne quo

moveam pedem ante perfectum concilij exitum. Alqui tam arbi-
sore serum erit, moliri fugam, bello coepto et urgente hyeme.
Quidam Gerardus Nonomagus in Brabantia profugus, et ex anti-
cissimis subito factus capitalis hostis novam tragoediam mo-
vit Argentorati, nebula seditioni natus, is est ficto nomine
Vulturij. Quid rei sit, tibelli te docebunt. Liber qui prodit
titulo Ministrorum verbi Argentoratens. dicitur esse Bi-
ceri, cui adfuit Nonomagus. Nichil unquam legi seditionis
neg, fucatis, quin et Albertus pius rursus ingens voli-
men scripsit contra me, descriptis quae patent calumniis.
Alexander agit Venetijs, diciturque quicquid est operum meo-
rum diligentissime evolvere, in hoc ut suspicor, qui Alberti
suo suppeditet calumniarum materiam, magis inter nos
concordia. Brabantia habet Franciscanum Tibellmannium
juvenem gloriosissime loquacem: apud Hispanos ejusdem
Sodalitij satis gladiatorie fuit carnariatus. Sed talibus ra-
bulis posthaec ero mitis. Agnosco iustitiam meam. Ora-
tissime Bilibalde, qui toties tua liberalitate provocatus
nihil repono gratis. Debebam opera Augustini ad te mitte-
re, sed tum non venit in mentem. Nunc jussi ut mittant
tibi Chrysostomum, ex quo si quid habes abs te versum,
velim communice. Habemus commentarios ejus Epistolam
ad Romanos. Sed quibus dederamus vertendi negotium, nobis
dederant verba. Curabimus tamen, ut ad postea accedant.
Nonnullam semper praebebit et Baptista Egnatij. Opto te
quam optime valere, Vir immortalitate dignissime.
Datum Friburgi 4. Cal. Septemb. 1530.

Erasmum tuum agnosce.